DISSERTATIO
DE
OFFICIIS TRANSEUNTIUM CUM EXERCITU PER ALIORUM TERRITORIA,

QUAM

PRÆSIDE

ACADEMIÆ JENENSIS RECTORE MAGNIFICO

DN. PETRO MÜLLERO JCTO,
PANDECTAR. PROFESS. PUBL. CONSILIAR.
SAXONIC. CURIÆ PROVINCIAL. SCABINATUS
AC FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORE

publicè ventilandam
IN AUDITORIO JCTORUM
ad d. Mart.
sistit

AUTOR

GEORG MELCHIOR de Schellendorff/
EQUES SILESIUS.

JENÆ, TYPIS GOLLNERIANIS ANNO 1682.

ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

DN. MAXIMILIANO LIB. BARONI

DE

Schellendorff/

DYNASTAE BARONATUUM HEREDITARIORUM

Königsbrug ET Klitzdorff Toparchæ in Groß-hartmansdorff ET Koßel.

SACR. ROM. CÆSAR. AC REG. HUNGAR. ET BOHEM. MAJEST. CAMERARIO EMINENTISSIMO,

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

Primitias hasce Academicas
devota manu consecrat

EJUSDEMQUE PATROCINIO

humiliter submittit

AUTOR

PROOEMIUM.

ACTuri Deo clementer adminiculante, variis de officiis per aliorum territoria transeuntium, operæ pretium faciemus, si prooemii vice ex politicis quæstionem instituamus: *Utrum transitus per alterius territorium sit arbitrarius?* Ita nimirum, ut in transituri sit potestate, velitne insalutato territorii Domino armatam manum per terram ejus ducere, an non. Deinde, *num semper & omni occasione à solius Domini territorialis pendeat arbitrio, utrum velit vel nolit copiis militaribus alienis transitum largiri?* Prius quod attinet, non desunt, qui distinguunt inter Ducem numeroso milite stipatum, ac inter alium viribus bellicis non satis valentem; censentes licitum ac juri conveniens esse, si ille inconsulto Domino per provincias ejus cum cohorte sua perrumpat, cum indecorum esse videatur personæ quoad dignitatem pari tali casu ad preces decurrere atque ab alterius nutu dependere iisdemque veniam transeundi ab alio inferiore interdum, non sine insigni autoritatis suæ jactura demum exorare. Adde, quod sic Princeps exterus, Dux belli, deterioris evadat conditionis, quàm privatorum quispiam: quippe cum huic integrum sit viam publicam pro lubentia sua ambulare, tali verò Duci id foret denegatum Ducem quoque bellicum,

viribus multis destitutum, in silentio cum grege suo militari viam per alterius regiones sibi invenire, eaque suos conducere secretim debere contendunt, ne videlicet prodita copiarum paucitate, ansam hinc arripiat dominus terræ illius delendi transiturum, sicque ad internecionem usque eundem perdat. Nobis tamen horum in sententiam ire non allubescit, existimantes, quod transitus per alterius districtum prece sit impetrandus, non eâ quidem adeo supplice ac humili, neque tamen importunâ ac superciliosâ, sed modestâ certe ac amicabili. Et hoc quidem non præter rem; quod si enim fas non est, non rogato domino & ingratiis ejusdem transire agrum privati cujuspiam à servitutis onere liberum, multò minus territorium Principis cum prolixo exercitu permeare æquitatis sanctio permittet, utpote cum Princeps vi dominii eminentis ac sublimioris indubitanter æque modo licet diverso sit dominus provinciæ suæ, ac privatus suorum dominus agrorum audit. Huc accedit, quod inconsulto Principe transitum sibi arrogans securitatem eripiat territorii possessori, eidemq; metum incutiat iniquum. Quis enim non expertus est, quàm nefariè audax militiæ turba jure atq; injuria grassari, atq; Tros Rutulusve fuat, hoc est amicus vel inimicus, nullo discrimine soleat haberi Quis ignorat multos probos cives militaris lucri rabies bonis pretiosis, contra fidem

dem etiam juratò datam turpiter denudare & omnia proprium cogere in marsupium, detestando conamine affectet. Tacebo, vulnera quæ innocentibus audent infringere, nec dicam intolerabiles contumelias, quibus honestos affligere oblectantur; nec quicquam memorabo, quàm perditè cibis oppositis, lautius etiam paratis, si gulæ ipsorum non ex omni parte satisfaciant, scelerato ausu pluries abutantur. Et quis quæso enumeret scortationes, adulteria, concussiones, & quicquid modo criminis nomine venire assolet, in quæ omnia malè feriati homines cœco ac bruto sensu atque impetu ruunt, & feruntur, ut deploratis hisce temporibus ingeminandum sit: Dolus an virtus, quis in milite requirat. Ac licet non ad unum omnes, qui castra sequuntur, ita perversè sint ingeniati, cùm sæpe numero in mediis armorum furoribus viri admodum pii, religiosi, constantes & omni virtutum decore prælucentes inveniantur; bonorum tamen numerus à malis nunquam non amplitudine superatur, & quandoque in centenis aliquot militum vix tot bonos habes numerare, quot sunt divitis ostia Nili. Verùm dicas: quod hisce malis omnibus repagula possent poni rigore legum, inspectionis industria & animadversione in delinquentes inexorabili. Equidem hoc consilium est, id quod tamen sufficere videtur. Ecquis enim in officio semper retineat libidinem militarem

infrunitam? Tot forsan definiendi essent observatores, quot militum essent gregariorum, quin magis usque fuit ab initio succurrere, quàm vulneratam post causam remedium aliquod anhelare seriùs, & anxie quærere. Quam in rem convenit illud Parutæ, Politicorum facilè primicerii, qui *lib. 2. c. 4. Pol.* expeditiones, ait, Princeps non facilè admittat, quarum consilium incertum, utilitas dubia est, nisi tardè & multo remedio valente duci voluerit pœnitentia. Hæc ille. De cæteris, cum jam planam fecerimus pudibundam morum fœditatem, qua milites sæpius squalere deprehenduntur, exinde prono quasi alveo emanat, quod magnum subsit periculum, ne ipsi quoque subditi similibus depravatis imbuantur, moribus dum transeuntis militis conversatione utuntur, sicque tota regio perniciosa morum labe deturbetur. Hinc commodè Bodin. *l. 4. c. 1. & lib. 6. c. 2.* infit: Peregrinum finibus arcere, atque etiam fines præterfectum ejicere licet, non modo si bellum indictum, verum etiam ipso pacis tempore, ne vel civium mores peregrinorum consuetudine corrumpantur. Gravissima quoque videtur esse ratio, assertioni nostræ patrocinans, quam profundissimæ eruditionis JCtus Dn. Caspar Zieglerus tradit *Differt. de Jure Belli §. 49* ibi: Contingere potest, ut alter ille, adversus quem bellum geritur, occurrat transeunti in regione intermedia, & sic bel-

li

li sedes in ea figatur. Ad rationes in contrarium superius obmotas responsum damus; quod sicuti autoritati Principis nihil decedit, quando legibus naturalibus & divinis congruas reddit actiones suas, pari modo non derogatur inclytæ Principis opinioni si precibus moderatis transitus indulgentiam studet impetrare. Ad alteram respondemus, disparem esse rationem inter Principem migrantem cum exercitu, ac inter privatum tranquillè alicujus territorium perambulantem. Hic nullum hostilitatis terrorem solet conciliare provinciæ domino, ille verò vix ac ne vix quidem metus citra incussionem abibit. Ad tertium contra sententiam nostram militans argumentum reponimus, neminem magis petitione transitus indigere, quam Principem viribus domini territorialis imparem, cum possit de facili tam suum quam suorum caput mortis implicare laqueis, ac suo quasi jumento ruinam sibimet accelerare, si parum sit providus in transitu clam dominum expediendo: Neglectus quippe petitæ transeundi indulgentiæ irarum flammis incendere eum potest, ut prosiliat ad arma ac transiturum cum omni manu ad resistendum non satis forti exstinguere nihil relinquat intentatum. Et nî Principi facultas prohibendi per ipsius territorium concederetur, mundum reformare nos velle videremur juxta Baldum *in tit. de pac. constant.* Sed ad alterum

in

in prima primæ pagellæ facie laudatum quæsitum ut deveniamus; utrum videlicet ab uno territorialis domini beneplacito dependeat, velitne concedere transitum, an denegare petenti? Respondemus, quod si transire gestiens necessitate justa ac evidenti ad transitum compellatur, v.c. quò laboranti suppetias ferat patriæ, provincias suas defendat, ac hostis insultum à regione sua amoliatur, petito à transitu non est præcludendus, dummodo fidem prius sanctè exponat suam, transiturum se fore divisis primò manibus, nec omnes cohortes suas simul, sed per partes ducturum esse. Deinde, si transmittantur distincti ac inermes. Tertiò, si per obsides exhibitos securitas territorii domino concilietur. Denique ut ille alter, qui transitum rogatus erat, muniat se præsidiis, sumptibus transituri legendis atque alendis, iisdemq; stationem in locis singulariter conspicuis ac peculiari custodia dignis assignet. Vid. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 13.* Scilicet quicquid necessitas utilitasque publica, quæ ad Rerumpublicarum imò totius humanæ societatis pertinet summam, vult, svadet imperatque, non simpliciter denegandum est secus id humanitati videretur adversari, modò sine concedentis insigni fiat incommodo. Agedum perlustremus jura atque officia transeuntium; Faxit autem supremus mundi Princeps Deus T. O. M. ut in arduo hoc dogmate regiam viam transeamus, neque a veritatis tramite aberremus, Fiat!

CAP. I.

DE
TRANSEUNTIBUS CUM EXERCITU PER ALIORUM TERRITORIA, IN GENERE.

THES I.

TRansfeunt qvidem etiam alii cum militibus per aliorum territoria, id tamen non fit animo hostem petendi seu persequendi; uti est Transitus ille solemnis, qvem *conductum* vocant *Carolinum*, qvi debetur Electoribus S. Rom. German. Imperii ad electionem novi Regis Romanorum proficiscentibus, ubi singulare est, qvod is, qvi ministrare eundem debebat, etiam non rogatus conductum solennem à transituro Electore damnum ex negligentia securitatis præstandæ in viis publicis ac regiis etiam ultra conducentis qvandoqve territorium *A. B. c. 1. §. 1.* perpessum resarcire sit obligatus; Scil. ne Princeps deterioris existat conditionis qvàm privatorum aliqvis, utpote cui dominus territorii tali casu factam jacturam reparare tenetur *R. I. d. anno 1556.* §. Damit an die Obrigkeit 34. ibi: dem Beschädigten seines Schadens Erstattung zu thun schuldig seyn soll. Verùm nos hoc loco nec tales nec qvosvis indistinctè transeuntes instituti nostri objectum constituimus, de qvibus vid. D. Præses *dissertat. de jure peregrinantium*, sed eos duntaxat qvi armata stipati manu ambulant, vel ad hostem perseqvendum, vel ad terras suas defendendas, ad qvas non sine transitu per aliorum regiones pergere valent, id qvod fit vel cum omni seu toto exercitu, vel cum ejus parte seu certis solummodò cohortibus, wann die Völcker Trouppen-weise marchiren.

Thes. II. Per *Officia* (ab efficiendo ad mentem Donati in Terent. dicta) intelligimus ea, qvæ unumqvemqve pro statu seu conditione personæ suæ efficere decent, ut nulli noceatur. *Transeuntes* sunt, qvi actu naturali intrinsecus vel extrinsecus moti, itinere tam navali qvàm pedestri de loco in locum tendunt. Vid. Faber *in thesaur. edit. Buchner. in voc. transire.* Apud Romanos *exercitus* (ita dictus ab exercitatione,) divisus erat in Legiones; Legio habebat decem cohortes. Habebant autem nomina legiones, & numerum suum, secundùm qvem dicebantur, Prima, Secunda, Tertia. Milites qvoqve in certas exercitûs partes, certo capitum numero constantes, ut legiones, centurias, cohortes distribuuntur *l. 2. pr. & §. 1. d. his not. infam. l. 1. C. d. hered. decur.* Hodie aliqvot compagniæ, uti loqvuntur, constituunt regimen, aliqvot capita cohortem. vid. Autor des kurtzen Kriegs Büchlein/ ubi ita pag. 428. disserit: Angemeinen Knechten oder Reutern wird gemeiniglich iede Compagnie von 100. Pferdten ohne die Officier gehalten/ iedoch steht solches bey dem Herrn/ wie starck iedes Regiment zu Roß und Fuß die Compagnien seyn sollen. Allein zu Roß ist nichts bequemlichers als die Sqadronen/ 4. Compagnien eine Sqadrone/ und zwey Sqadronen ein Regiment/ das seynd 8. Compagnien/ porrò p. 249. Es wird anitzo gehalten/ daß zwey Regimenter Fuß-Volck eine Bregade machen/ und drey Sqadronen ein Regiment/ und werden die Regimenter nicht gleich gerichtet/ auf Hochteutsch 3000. Köpffe iede Compagnie von 300. Mann. Per *territoria* significantur spatia terræ aliis jure Majestatis vel Superioritatis subjecta, jurisdictione armata, qvibus homines insistunt, sive illa solo tantùm, sive solo & salo simul contineantur Boer. *decis. 27.* Territorium continet qvoqve districtum, qvod alias denotat saltem locum, intra qvem homines à Magistratu, vi jurisdictionis suæ, à domino territorii dependentis coërcentur, & plures districtus in unius territorio esse possunt. Hoc certum est, eos, qvi per districtum commeant, simul per territo-

ria,

ria, in qvo districtus situs est, transire *cap. 3. §. porro de Elect. in 6.* Boecler. *Not. Imper. lib. 4. c. 1. n. 4.* Sunt verò Officia transeuntium cum exercitu per territoria aliorum *decentia qvædam, ab eis, qvi ita transeunt observanda, ne qvid ab iis eorumve ministris committatur vel omittatur, aut ejus, qvi patitur transitum, jus lædatur.*

Thes. III. Qvamvis verò Princeps in viis publicis alieni territorii securitate gaudere debeat, licet non rogaverit salvum conductum, cum per hunc nova non acqviratur securitas, sed ea saltim, qvæ Gent. jure & pace publicâ competit, corroboretur *R. I. de anno 1548. §. 20.* & sic magis tuti ab hostium insultu peregrinantes reddantur. Attamen cum exercitu proprio ausu per alterius transeundi territorium Princeps facultatem non habet, cùm Dominus illius multis prohibendi causis qveat instructus esse, qvò minùs id concedat. Ne igitur præter fas & æqvum incurrat territorii Dominus ullum aliqvod periculum, hinc ab antiqva Germaniæ consvetudine invaluit, ut Princeps exercitum per terram alienam ducturus conductum prius impetret, qvàm pedem cum copiis suis in alienâ figat provinciâ. Vid. Hortled. *de caus. belli Germ. lib. 4. c. 5. n. 9. c. 9. n. 4. 5.* qvi mores perpetui fundamine romano *arg. l. 2. pr. Si qvis in Jus vocatus non ierit, l. 5. ff de judic.* firmari possunt. Unde Electorem Saxonem ap. Hortled. *d. l. 4. c 9. n. 73.* in hæc erumpentem verba peraudimus: Wir halten es dafür/ Paß werde mit Recht oder Unrecht den andern versagt/ so soll sich dennoch Niemands darüber unterstehen selbthätig und mit Frevel durch des Weigernden Gebiet zu ziehen. Qvamvis per hoc nolimus evertere superiùs in procemio proposita, ubi in casu petiti ac denegati conductus cum causa transeundi justa ac necessaria maritato, indemnem transitum transituro cum manu militari sumus largiti. Elector namqve in verbis citatis, sine dubio de transitu loqvitur pernitioso & protervè arrogato. Qvilibet igitur Princeps, qvi membrum est imperii nostri, exorare antea conductum debet, qvàm stipatus agmine suo mili-

tari limites transiliat territorii alieni. Sed qvid juris? Si Imperator Status cujusdam Imperii regionem cum exercitu permetiri velit, numne hic qvoqve necessitati petendi prius conductum foret adstrictus. Rz. qvod communis Doctorum juris publici schola Imperatorem nostrum immunem à tali petitione velit, idqve propter supereminens dominium, qvod Imperatori nostro in omnibus Imperii Romano-Germ. angulis reservatum est. Atqve eò qvoqve collineare putamus πολυθρυλλητα vulgatissima hæc: Wo der Kayser hinkömt/ da steht Ihm das Land offen/ it. Kayserl. Majest. bringt mit sich das Gleit. Sed stante hoc, qvod Cæsarea Majestas non teneatur ad conductus impetrationem; qværitur ulterius, qvid si Princeps cum propriis copiis res Imperatoris gesturus alienum permeare conetur territorium, numne & hic immunitatis Imperatoriæ in hoc puncto sit particeps? Pro affirmativa videtur facere, qvod surrogatum sapiat naturam surrogantis. Pro negativa verò concludit, qvod prærogativa hæc sit peculiaris & Cæsareæ Majestati propria, hincqve limitaretur axioma affirmanti patrocinans, tùm demùm istud rectè procedere, qvando tàm surrogans qvàm surrogatum unius ejusdemqve sunt genii atqve commatis. Vid. tamen hanc qvæstionem hinc inde Saxonem inter & Brunsvicensem pluribus disceptatam ap. Hortled. *de caus. Bell. Germ. l. 4. c. 6. n. 4. & c. 9. n. 36.* ubi affirmativæ inhærebat Brunsvic. negativam verò Elector Saxo amplectebatur.

THES. IV. Officium transeuntis est eum exorare, qvi Jus tenet territorii, qvippe qvi solus potestate pollet Principem cum exercitu per suum ducendi territorium, qvoniam hujus inprimis sive commodum sive incommodum hoc in negotio agitur, in tantum, ut ne qvidem pactis vel consvetudine hoc ipsi qveat auferri, ceu Elector Saxo ap. laudatum Hordleder. *de caus. bell. Germ. lib. 4. c. 9. n. 18. seq.* saluberrimè monet, seqventibus commotus rationum momentis, qvæ hisce ibidem insinuantur verbis: Dann

damit

damit würden Grentzen und Anwendungen der Obrigkeit zu boden gehen und in Vergessen kommen / auch mit der Zeit nicht ein geringer Irrthum erwachsen. Licet aliter res comparata sit in mercium transitu, qvas dubio procul omnis ille, qvi accipit das Geleite / conducere nihil prohibetur. Nota nimirum est distinctio Dd. Juris publ. inter vectigal den Zoll/ qvod instar fructus territorialis percipitur à Domino territorii, atqve inter dem Gelaite / qvod in ejus transit Fiscum, qvi de securitate providet peregrinantibus, & vias publicas rectè procurat.

Thes. V. Præterea nulli membro Imperii denegandus hic conductus est temerè *R. I. de anno 1548.* §. Fernen zu noch mehrer/ verbis: Daß einem jeden / an Orten es herkommen / ohne Weigerung auf sein Apsuchen ein frey/ sicher / genungsam Geleit gegeben / und also männiglich zu Beförderung des gemeinen Nutzens / allenthalben frey / sicher ziehen / handeln und wandeln möge. Veruntamen exteris copiis non est permittendus R. I. de anno 1559. §. dem zubegegnen: ubi Imperatoria majestas; haben wir uns mit Churfürsten / Fürsten und Ständen der abwesenden Räthe/ Gesandten und Botschafftern verglichen/ und wollen/ daß keinem fremden Potentaten einiger Musterplatz oder seines Kriegs-Volcks also beschwerlicher Durchzug/ im Heil. Röm. Reich und desselben Kreyssen gestattet werde.

Thes. VI. Petendus autem est & concedendus hic conductus tàm rogantis gratia, qvàm concedentis: Illius qvidem causa, ut pede inoffenso sine prædonum incursu ac sine ulla calamitate aut clade, qvam minari poterat territorii Dominus, undiqvaqve securus in via regia cum suis incedere, per integrum, qvam longum est, territorium alienum copias suas feliciter ducere, sicqve res suas gerendas fortunato successu qveat expedire. Potissimum verò concedentis in gratiam introductum est, ut nemo alterius ausit provinciam intrare cum exercitu, nisi venia prius ipsi data à Domino istius, cum fieri vix possit, qvin

Dominus sua privetur securitate, sicubi numeroso eodemqve armato cum comitatu alius Princeps, Domini sine præscitu atqve permissu, regionem ejus pervagari conetur. Qvò de superius in procem. cum fuerimus prolixiores, hic abire breviores nihil veremur.

THES. VII. Qvoniam exercitualis conductus est exoratus haut ulterius potest concedi â Domino, qvàm ejus porrigitur territorium: Cùm qvod qvisq; non habet, id licitè alteri dare non possit. Secus est in Conductu Electorum, qvi non præcisè finibus circumscriptus est territorii, sed statutis A. B. latius qvandoqve excurrit, vid. d. *A. B. tit. §. 1. verb: Etiam ultra sicut longius poterit.* Hinc officium transeuntis est, secundùm præscriptum modum ibiqve prefinitam formam agere transituq; uti non verò ad non concessa extendere vicinumqve vel alium, qvi jus aliqvod in illo territorio habet sub prætextu concessorum lædere.

THES. IIX. Dari hactenus svevit petitus transitus ea lege, ut conducens conducendo Principi socios addat & ductores viros qvosdem armatos, vel ordinarium, qvem vocant conductorem den Geleits-Reuter, insignibus Domini in pectore autorisatum, comitem transeuntibus ac ducem adjungat. Qvamvis haud infreqventer solas per litteras hic conductus concessus fuerit. Et qvidem nostro in Imperio Romano-Germanico, etiam sine Imperatoris impetrato prius consensu à Statibus potest concedi Hordled. *d. l. c. 9. n. 52.* vid. Klock. *de contribut. c. 1. n. 295.* ubi præterea nunquam non tacita minimum hæc videtur subesse conditio, ut vias regias ac publicas ambulet transiens cum exercitu. Qvod si enim his neglectis deflectat ad vias sylvestres, insolitas ac latronum insidiis infestas, ibiqve damno afficiatur à prædonibus, id non nisi popriæ habet culpæ tribuere, nec obligatus est concedens transitum ad damni tali malo perpessi refusionem, cumprimis ubi Dominus territorii jam ante ne qvidem exquisitissimâ indagine locum istum purgare ejus farinæ hominibus suffecerat. De reliquis conductui concesso si non verbis

ex-

expreſſis tacitè certè ſemper ineſſe debent conditiones militaris ſervandæ diſciplinæ, indemnitatis ac propriæ alimentationis. De qvibus in ſubſeqventibus capitibus concinnè ſumus acturi.

CAP. II.
IN SPECIE
DE
OFFICIIS CIRCA DISCIPLINAM MILITAREM.

THES. I.

SI unqvam Respubl. certè belli tempeſtate bonis ac fortibus armanda eſt legibus, qvibus licentia à militibus ſumi conſveta refrenetur. Præcipuum qvippe decus & ſtabilimentum Imperii eſt militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum. Valer. Max. *lib. 2. cap. 7.* qvæ antiqvior fuit parentibus Romanis, qvàm caritas liberorum *l. 19. d. captiv. & poſtl. reverſ.* Etſi enim vulgi verbo inter arma leges dicuntur ſilere, hoc tamen non indiſcriminatim de omnibus omninò Juribus venit accipiendum, verùm de certis ſaltim legibus qvibusdam humanis poſitivis, ſolennitatibus plerumqve negotiorum civilium definientibus ac circumſcribentibus. Qvin congruè etiam prædictum veriberbium exaudiri inſuper poteſt de eo, qvod more militum ſolito eoqve pernitioſo fieri pluries experimur, minus autem de eo qvod fieri æqvitatis ſanctio reqvirebat. Non igitur videndum ſemper qvid agatur Romæ, ſed qvod peragi debebat. Hoc ut ſervaretur curatiùs, ſummo ſtudio ſummisqve vigiliis tam glorioſiſſimi Imperatoris noſtri, qvàm Principis ac Status Imperii publicis in Conventibus & Conſultationibus laborarunt, ac leges de diſciplina militari cuſtodienda bene multas poſuerunt, atque culpas bellicas ſupplicio debito recidere, ſicqve omne maculoſum edomare

re

re militum nefas anxiè conati sunt. Longum foret ire per omnes ac singulos Imperii Recessus atque exinde sanctiones Regni nostri perspectas ac depromtas huc coacervare. Unius saltim atque alterius legis Imperialis ad præfixam nobis metam facientis, mentionem fecisse hac vice satis fore censemus. Inter cætera autem tempore transitus exercitualis adeò non silere debent, ut loqui potius jubeantur inter ipsissima arma leges, Novellæ CXXX. ubi Imperator Justinianus saluberrimum hoc constituit Jus, seqventibus conceptum verbis: *primum & maximum arbitramur Statutum esse nostræ Reipubl. ut inculpabiliter noster exercitus in itineribus conversetur, & innoxietas atque indemnitas nostris collatoribus custodiatur.* Et in R. I. de anno 1570. §. Wir N. oder Ich N. ordinatum est, ut transiturus inter reliqua hunc in modum de servanda militari disciplina promittere adstringatur, ibi: Zum andern / daß sie (die geworbene Soldaten) an ihren An- und Durchzügen Niemand beleidigen / beschädigen noch beschweren / auch nicht häuffen / sondern eintzig und Rotten-weise / als lang sie des Reichs und dessen Schirms-Verwandten Boden berühren / ziehen / die Unterthanen mit schädlichem Stilliegen nicht beschweren &c. It. Darum wil Ich auch in dem An- und Durchzügen einer ieden Rotte einen Rott-Meister oder einen andern an seine Statt verordnen &c. Qvod Imperii Statutum renovarunt Comitia Ratisbonæ habita, memorante id R. I. de anno 1576. Zum andern haben wir. verb. damit die hochschädliche Mißbräuche im Werben und Durchführung der Kriegs-Leute mit Land-verderblichem Schaden des gemeinen Manns endlich abgeschaffet werden sollen / wohlbedächtig statuiret &c. Conf. R. I. de anno 1598. §. betreffend / daß die Durchzüge. it. R. I. de anno 1641. §. Die Durchzüge & deniqve das project der erneuerten Executions Ordnung c. 6. ibi: und damit die Officirer gute Disciplin und Ordnung zuhalten / und ihre untergebene Soldaten zu der Schuldigkeit zuvermögen sich um so viel mehrer angelegen seyn lassen sollen.

THES.

§. II. Qvibus verò in specie capitibus absolvatur hæc disciplina militaris, nullæ non ordinationes militares plenis qvasi faucibus loqvuntur. Ut verò & hac in parte nostro defungamur officio, unam earum atqve item alteram succinctè in mediū producere non pigrabimur. Ne videlicet mores incolarum corrumpantur flagitiis transeuntium & supremi Numinis offensam regiones nostræ expiare cogantur, saluberrimè cautum legimus in der Röm. Käyserl. Maj. und des heil. Röm. Reichs Reuter Bestallung §. 47. ut milites divinam offendentes majestatem honoribus, corpore aut vita plectantur. Conf. Käysers Maximil Articuls-Brieffe auf die teutsche Knechte art. 2. Et §. 69. Der besagten Reuter-Bestallung pœna mortis decernitur iis, qvi spoliant aratra, molas tornosve aut alia ad communem necessitatem pertinentia corrumpunt. Huc etiam inprimis faciunt §§. 75. 76. 77. qvos vide. Pulcerrimè verò subnexum est §. 107. ut qvamvis instituta lustratione hæc ordinatio militibus singulis prælegatur, ne cui ignorantia qveat patrocinari. Cæterùm in itztgemeldten Articuls-Brieffen auf die teutsche Knecht Art. 9. laudabiliter imperatur ut Ecclesiæ, Cœnobia, Xenodochia & Scholæ à nullo militum graventur, it Art. 56. seriò mandatur, ut qvilibet ab ebrietate sibi caveat: Et notabiliter subjicitur, qvod delictum à milite vinis sepulto commissum geminata pœna sit coërcendum. Addatur de regimine hoc militari das Project der erneureten Executions-Ordn. c. 6. ibi: Sie die Officirer sollen die Logierung nicht nach eigenem Gefallen/ sondern nach Ausweisung der Begleitungs-Commissarien / ohn allen Umschweiff zu nehmen haben. it. sollen keine unnöthige Rast-Tage noch sonderbare Abwege gemacht/ vielmehr aber der March iedesmahl befördert und dergestalt eingerichtet werden / daß nicht ein Stand vor dem andern geflieſſentlich damit beschweret werde.

Thes. III. Si considero Jus militare *Gallicum* ibiqve perlustro die Königl. Frantzösische Kriegs-Ordi-

C nanze

nanze vom 12. Novemb. anno 1665. zu Pariß / animadvertere habeo art. ejusd. 22. ubi Regia Majestas sub pœna mortis edicit, ne milites commeantes recedant procul à vexillis suis, add. Kriegs-Articul der Stadt Zürch art. 7. Nec extra hospitia sibi assignata pernoctent. Qvod jussum ut servaretur sanctius, seriò ibi constitutum est, ut Præfecti militares omnes tam suprema potestate eminentes, qvàm medioxima atq; infima valentes, semper peregrinantibus individui comites insistant; & subseqventi §. 23. plenius provisum legitur, ut omnes incolæ, transeuntes turmas qvi recipiunt, eò annitantur, & curiosius laborent, qvò vagabundi milites morâ unius horæ tardiùs ab adventu totius cohortis approperantes, vinculis ligentur & judici tradantur coërcendi, nisi litteris sigillo Ducis signatis hanc retardationem excusare habeant. Scitè verò Art 24. subjungitur ut ante discessum ex hospitiis publico proclamate, invitentur ii, qvi qverimonias, contra milites iniqvè versatos parare gestiunt.

Thes IV. In jure militari *Hollandico art.* 1. provisum est, ut is qvi nomẽ Domini assumit in vanum prima vice comissi delicti culpam deprecetur publicè, ac per solidum triduum carcere inclusus carenam patiatur. Qvod si verò iterata vice idem patrare scelus haud reformidet, lingva ejus ferro candente perforetur, ac flagitiosus non nisi solo amictus indusio Provinciis Fœderatis excesse jubeatur. Et juxta *art 2* prædicti Juris militaris idem de eo sumendum est supplicium, qvi in contumeliam verbi divini aut Ecclesiæ ministrorum aliqvid committere tentavit. Porro *art. 3.* homicidia dolosa omnia, corruptelæ mulierum, adulteria, incendia, furta, latrocinia, vis publica, vis privata, crimen falsi &c. sub comminatione ultimi supplicii interdicuntur.

Thes. V. Milites inprimis eò qvoqve constringuntur, ne bombardas suas temerè displodant in locis, ubi vulgò iter fieri consvevit, qvam temeritatem sæpius admittere gaudet illud genus hominum. Eo modo peccantes

cantes gravi supplicio qveunt affici, etiam ii, qvi majorennitatis annos nondum consecuti sunt. Qvoniam sc. eâ ætate censentur habiles ad demerenda stipendia & rerum jure belli lucratarum administrationem ac propugnationem patriæ, non est qvod hac de re ambigamus. Conf. Petr. Cawall. *Resol. Crimin. lib. cas. 134. sub fin.*

THES. VI. Præterea, art. 18. dictæ Ordinationis Militaris sancitum legimus, qvòd ille miles, qvi hospitem ejusve uxorem aut famulitium vi injusta adoriri & pugnis aut baculo prædictas personas operire ausus sit, prima vice tres dies solo pane & aqvis nutriatur, altera verò vice eandem ruens in audaciam, personæ læsæ temeritatem commissam deprecetur, & in plena vigiliarum concione exuatur vestibus, & è medio tanqvam hostis depellatur; Qvod si verò membrum qvoddam hisce talibus hominibus luxare fecisset aut vulnus sangvinem mittens inflixisset, manus ipsi amputetur. Ulterius ex art. 50. constat, quod qvi temerè inter migrandum rectam cohortis seriem evagatur, ad capitalem pœnam sustinendam condemnandus sit.

THES. VII. In *Dania* monumentum qvoqve non levidense huc afferre cognoscimus ea, qvæ in der Königl. Maj. zu Dennemarck Kriegs-Articuls-Brieff sub Rubr. vom Zuge/ Schlacht-Ordn. &c. cauta reperiuntur, ne scil. Volontaires oder Frey-Reuter in societate militari tolerentur, nemo sine concessa sibi per Præfectum venia à cohorte discedat, qvilibet in loco sibi assignato se teneat, usque dum hospitio suo & statione sua abire jubeatur.

THES. IIX. Jure militari *Svecico* der Königl. Maj. zu Schweden Kriegs-Articuls-Brieffe / titulo 8. mandatur, ut peregrinationis tempore, qvilibet ex militum grege audito tympanorum sonitu aut tubarum clangore percepto ad vexillum istud, sub qvo stipendia meretur, confestim acceleret, nec ullus miles valetudine adhuc integer ultra quadrantem milliaris à Præfecto sub pœna car-

ceris remoretur : Quod si verò ultra milliare unum ab exercitu recedat vita privetur. It. *tit. 15*, stupra violenta tàm hostico quàm amico in solo patrata, nec non & verbera graviora muliebri sexui inflicta sub amissione vitæ prohibentur ; omnesque meretrices ab exercitu debent exulare. Et hoc ultimum summo Juris triumpho peculiari cautela est constitutum. Qvis enim nescit, qvod unum hujus furfuris propudium ex incommodis alienis commoda sibi qværens, sæpenumero plus molestiarum & anxietatis creet incolis, quàm decem & ultra milites non mali. Plura hanc in rem qui cognoscere discupit, consulat Jura militaria varia, publicis passim typis palam prostantia. Omnia namqve illa unam redigere in chartam non foret disputationem, sed integrum corpus Juris militaris concinnasse, id qvod limites opellæ nostræ præfixos excedit. Seqvitur

CAP. III

DE

OFFICIIS CIRCA INDEMNITATEM ET INPRIMIS ALIMENTATIONEM PROPRIAM.

Thes. I.

Cùm Jure naturæ æqvum sit, ne alteri per alterum iniqva præter meritum inferatur conditio, hinc de indemnitate incolis in transitu militari servandâ, multum solliciti fuerunt nostri Cæsares, qvos inter non immeritò commendandus venit Juris religiosissimus Imperator Justinianus, qvi *Nov. 130.* non pauca huic argumento inservientia præcepit. Nec minorem laudis adoream hac in

re

re commeriti sunt Impp. Honorius ac Theodosius, qvi in *l. 5. C. de metat. & epidomet.* hæc vel auro contra æstimanda rescripserunt verba, cedro sunt dignissima, hunc in modum: *Devotum possessorem ab omni inqvietudine liberamus &c. Solam sanè hospitalitatem sub hac observatione concedimus, ut nihil ab hospite, qvod vel hominum vel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur: Omniumqve (militum puta) sit acceleratum iter atqve continuum, nec ulli liceat residere, ni diuturnitas commanentium ulla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri multâ feriatur qvisqvis administrator, rogator apparitorve ullus, militans sc. vel iter agens, ullo in loco aliqvid à hospite postulaverit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem jubemus, ut ipsis qvoqve præbentibus impunitum esse non patiamur, si qvid sponte contra præceptum nostrum probati fuerint obtulisse.* Conf. R. I. de anno 1570. §. Wir N oder Ich N. thue kund/ ibi: zum andern/ daß sie auch an ihren An-und Durch-Zügen Niemand beleidigen/ beschädigen/ die Unterthanen mit schädlichem Stillliegen nicht beschweren/ was sie verbrauchen/ bezahlen sollen. Qvæ saluberrimæ sanctiones pravo quidem refragantium abusu in desvetudinem abiisse visæ sunt, novissimo tamen Pacis Instrumento Cæsareo-Svecico restauratæ qvasi videntur *art.* 17. §. 9. subseqvo verborum complexu: *Qvoties autem milites qvasi occasione aut qvocunq; tempore per aliorum territoria aut fines aliqvis ducere velit, transitus hujusmodi instituantur ejus, ad qvem transeuntes milites pertinent, sumtu atqve adeò sine maleficio, damno & noxa eorum, qvorum per territorium ducuntur, ac deniqve omninò observentur,* qvæ de Conservatione Pacis publ. Imperii Constitutiones decernunt ac ordinant.

THES. II. Porrò silentii peplo non involvenda hîc sunt ea, qvæ reperiuntur hanc in rem in dem Project der erneureten Executions-Ordn. c. 7. von Durchzügen/ubi decretum legimus, ut prius Dominus territorii certus reddatur de numero exercitus transituri, qvàm ipsius in regionum pertingant milites commeantes, & impetrato prius à Domino conductu, Commissarii idonei illis associentur,

 qvi

qvi anté copiarum adventum in locum transitui destinatum se conferant, ac sufficienti de victu militibus providentes, pro indemnitate Domino præstanda idoneis fidem rationibus faciant, qvin aliâ destituti cautione, semetipsos dent obsides, ac eo usqve detineantur, donec uniuscujusqve noxa ex transitu militis accepta plenè resarcita foret. Qvorsum etiam pertinet Creyßtags Abschied zu Leipzig de anno 1654. c. XI. § Im Fall aber ibi: Im Fall aber sonst im heil. Röm. Reich teutscher Nation es geschehe von weßwegen es wolle Musterungen (idem Juris est in transitu, cujus comes consvevit esse lustratio) vorgenommen würden/ so sollen die Muster-Herren zuvor bey denen Creyß-Obrist.n und Zugeordneten um die Muster-Plätze ansuchen / aber mit der Musterung nicht fortfahren/ sie haben denn zuvor/ darinnen die Musterung fürgenommen werden soll/ mit angesessenen Ständen im heil. Röm. Reich teutscher Nation Bürgschafft gethan/ was in solcher Musterung bey den Unterthanen oder ihren Herrschaften verzehret / oder was selbige solcher Musterung halben Schaden nehmen/ daß solches allerdinge gäntzlich bezahlet werden solle/ daß auch sie mit solchem gemusterten Kriegs-Volck keinen Stand des Reichs überziehen/ vorgewaltigen noch beschädigen wollen. Qvod prælaudatum caput XI. in multis juris articulis ex asse respondet Ordinationi Politicæ Francofurtensi de anno 1577. tit 6. Was in den Kriegs-Leufften gefreyet: In utroqve enim piè decretum est, ut transitus tempestate templa ac loca consecrata alia, Sacerdotes item cæteræqve personæ privilegio dignatæ, qvales sunt senio morboqve confectæ, mulieres uterum gestantes, domui ex puerperio affixæ, nec non per dignitatis statum singulari reverentia sanctæ, ut & omnes illæ, qvæ ex ephebis nondum excessere, à qvovis militum gravamine immunes relinqvantur.

THES. III. Hinc consultum, qvin imò necessarium ad publicam videtur salutem custodiendam, ut nemo Princeps alteri largiatur transitum, nisi transiturus caveat

veat prius idoneè obsidibus fortassean oblatis, iturum se regia via, nec deflexurum ad possessiones privatas. Deinde si qva re incolarum haberet opus, justum se pretium eis persoluturum. Porrò divisis manibus transmissurum copias suas, & armorum genere omni nudatos. Præterea neqve hoc consilium pro nihilo est putandum, ut videlicet is qvi portas territorii aperit alteri ad transgrediendum, impensâ transeuntis præsidia sibi habilia conducat, eaqve in locis terræ suæ præcipuis faciat collocanda. Qvarum conditionum in præcedentibus qvoqve capitibus mentio sparsim fuit injecta. vid. H. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 13.* Add. Joh. à Felden *ad h. l.* Et hac de cautione interponenda divinè qvoqve monet ac præcipit Imperator Rudolph. II. R I. Ratisbonensi de anno 1598. §. Betreffend aber die Dürchzüge ibi: Sollen Unsere bestellte Obersten in Krafft dieses Reichs-Abschieds schuldig und verpflichtet seyn / den jenigen Obrigkeiten und Herrschafften / die sie mit dem geworbenen Kriegs-Volck berühren werden / gebührliche Caution, solch Kriegs-Volck ohne Schaden durchzuführen / von sich zu geben / und daß auch dasselbe Rott-weise auf den verordneten Strassen / den nechsten und richtigsten Weg / nach den Qvartieren / so ihnen von den Ständen durchzuziehen benant / fortziehen / und mit ihren Lauff-Zetteln versehen seyn.

Thes. IV. De cæteris multum securitati publicæ hoc in puncto adponi potest, si fideliter executioni mandentur ea, qvæ habentur in Recessu inter Deputatos Circ. Sax. Superioris & Inferioris Qvedlæ d. 30. Jan. anno 1613. concinnato, qvi providet salutariter, ut sicubi transitus exercitualis de more modoqve in constitutionibus Imperii definito, ab ejus nationis hominibus, unde nihil periculi imminet Imperio & Circulis, & à qvibus in omnem eventum damni illati resarcitionem sperare possimus, decenter petantur, illi qvidem neqvaqvam sint recusandi; veruntamen unicuiq; statui, cujus regionem transitus tangit, gubernaculum ducendorum, ac viarum & hospitiorum as-

signatio

ſignatio reſervetur, nec Officialibus copiarum, multo minus gregariæ militum turbæ hoc in paſſu arbitrium eligendæ viæ aut hoſpitii occupandi ſit relinqvendum. Et in ſumma totum hoc negotium ad normam Receſſuum Imperii eſt informandum.

CAP. V.

DE

CONTRARIIS, AD QVAE SPECTAT CONTRAVENTIO.

THES. I.

SAnè conclamato hoc & corrupto hominum ſtatu cum Lipſio *d. milit. Rom. lib. 4 tit. d. locat. mil.* exclamemus neceſſum eſt: *O priſci, O noſtri mores, qvam diſſidetis. Hodie nihil ferè tam impunè qvàm vagari, prædari, rapere!* Militesqve legum etiam ſaluberrimarum, ſanctiones perrumpere non reformidant, ita tanta militaris invaluit licentia, ut Conſtitutionibus mos non geratur: Milites qvoqve non minus, qvàm hoſtes publici ſo wohl Freund als Feind / in tranſitu patriam noſtram affligunt, atqve huc & illuc dilacerant, hinc totus qvantus qvantus eſt terrarum orbis de perditiſſimo militum tranſeuntiam more, eorundemqve auſibus ſceleratiſſimis plurimum conqveritur: Unde noſtrum nunc eſt diſpicere, numne huic malo remedium adhuc aliqvod invenire, & medelam iſti morbo perniciosiſſimo afferre poſſimus. Ubi ſi Dominus qvis ipſe audiat militaris cohortis, ſeqvendam arbitramur Naſonis regulam:

— — Malum & immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Licet enim ille flagitioſus, qvi malitiæ nefandæ pœnas luit, vi-

vitæ amissione, exinde non emendetur; satis tamen hîc est, qvod reliqvi ad similia aut alia scelera parati exemplo ab ausis deterreantur nefariis, sicqve ad mentem meliorem reducantur.

Thes. II. Qvod si verò qvis nullum habeat imperium in militem transeundo peccantem, tunc videndum, numnè adhuc locus aliqvis supersit judicio, an non. Si illud, miles deferendus est ad suum præfectum, ab eoqve causa cognita debito supplicio plectendus. Vid. R. I. de anno 1570 §. Wir N. oder Ich N. verb. Und da es (nemlich das Kriegs-Volck) sich ungebürlich verhielte / man mich darum anzusprechen habe. Ubi tamen respectu necessitatis remittendi delinqventem ad judicem militarem, non est negligenda distinctio inter delictum militare, cujus intuitu remissio est necessaria, & inter commune delictum, qvo perpetrato remissio ad punitionem ab Officiali militari exseqvendam arbitraria est. Sicubi autem cessat judicium, deveniendum est ad remedia in Recessibus Imperii præfinita, inprimis autem R. I. de anno 1555 §. So fern aber solches vor sich. It. §. und soll der gesetzte Obriste/ qvæ omnia & singula huc κατὰ πόδα transscribere, angustia chartæ non permittit. Sufficiat nobis hac vice solummodo qvædam ex Recessu Circulari zu Leipzig de anno 1654. c. X¹. §. Es soll auch/ annotasse, qva in sanctione, postqvam constitutum fuerat, transitum (noxium scil.) exteris fore denegandum, hoc remedium, si violentia viam invenire ausint, seqventibus ibi insinuatur verbis: Denselbigen soll durch gemeine Kriegs-Hülffe/ Vermöge dieser Ordnung/ zu Handhabung gemeinen Friedens Widerstand gethan/ und solche Beschwerde von denen Unterthanen abgewendet werden / Et c. XII. l. c. Sparsim legitur: Wenn ein Kreyß nicht bastant ist denen Vergewaltigungen zu widerstehen / sollen sie sich zum Widerstand in Bereitschafft halten und gefast machen / und darneben Macht haben die andern anreihenden zwey Kreyß-Obristen und die zugeordneten um Hülffe anzuruffen / deß-

wegen mit ihnen zu rathschlagen: Darauf auch die erforderten Kreyß-Obristen und Zugeordnete durch sich selbst/ oder wo einer Fürstl. Standes wäre / durch einen verständigen und in Kriegs-Sachen erfahrnem Rath- unweigerlich und ohne einige Auffzüge / Ausflücht oder Ausrede/ ob sie nicht die nechsten gesessene Kreyße wären/ oder was dergleichen erdacht werden möchte / zuerscheinen / und die Maaße oder Hülffe / worauf und wie hoch die anzustellen/ samt des anruffenden Kreysses Obristen zu berathschlagen und zubeschliessen schuldig seyn. Non prætereunda sunt verba in nostri Imperatoris invictissimi, Leopoldi Capitulatione art. 13. hanc in rem extantia ibi: Da von einem oder mehr Ständen des Reichs oder auch frembden Regenten ein fremdes Kriegs-Volck in oder durch das Reich/ weme sie auch gehören / unter was Schein oder Vorwand es immer seyn möchte/ geführet würde / dieselbe werden wir mit Ernst abschaffen / Gewalt mit Gewalt hintertreiben/ und den beleidigten Ständen unsere Keyserl. Hülffe/ Handbiett- und Rettungs-Mittel kräfftiglich wiederfahren/ und nach Einhalt der Reichs-Satz- und Executions-Ordnung gedeyen lassen.

Thes. III. Ad ultimum verò prætermittere hîc silentio vix licet ea, qvæ pro cautela suggerit nobis hac in parte das Project der erneureten Executions-Ordnung cap. 6. von den Durchzügen / verf. und damit / ibi: Und damit die Officirer gute Disciplin und Ordnung zu halten / und ihre untergebene Soldaten zu der Schuldigkeit zuvermögen sich um so viel mehr angelegen seyn lassen/ soll derjenige Stand / durch dessen Gebiete der An- und Durchzug geschicht / Fug und Macht haben/ gestalten Sachen nach / auch einen oder andern Officirer selber so lang in Arrest zu halten/ bis denen Klägern geziemende Vergnügung geschehe / it. Auch die Bezahlung der empfangenen Victualien/ Fourage und anders in billigem Preiß/ durch der Völcker zugeordneten eigenen Pagatoren oder Commissarien/ nebst dem etwa verursachten Schaden erstattet/ mit nichten

aber

aber den Bürgern und Unterthanen solche von iedem Soldaten in particulari einzubringen zugemuht werden/ it. Soll ein benachbarter Stand dem andern den obhandenen Zu- und Durchzug zeitlich notificiren/ und einander hierunter dergestalt nachbarlich die Hände bieten/ damit die marchirenden Völcker sich destomehr aller Excessen/ Muthwillen und Beschädigung / auch des Auslauffens und des Stillliegens zu enthalten Ursach nehmen mögen.

QVÆSTIO.

§. I.

QVoniam Juris moralis qvæstio Dissertationi nostræ dedit initium, simili methodo colophonem eidem placet imponere. In medium igitur prodeat qvæsitum illud prima fronte vix satis aperti juris: *Num videlicet denegatio transitus simpliciter petiti causa belli justifica nuncupari queat, ita nimirum, ut transiturus ferro sibi vias territorii alieni licitè possit aperire, hocqve pacto transitum suum promovere?* Affirmativam multis propugnat Grotius *de J.B. & P. lib. 2. c. 2. §. 13.* cui hac in disceptatione pollicem premit Reinking *de R. S. & Eccles. lib. 2. class. 5. c. 2. §. 45:* Bœcler. *ad H. Grot.* Ad qvos magni nominis autores B. L. remittimus.

§. II.

Ut verbulo tamen Grotii rationes attingamus, primò inde ille hoc deducit, qvia dominium introduci potuerit cum receptione talis usus, qvi prodest his, illis non nocet: ideoqve Dominii Autores id potius censendi sint voluisse. Deinde loco altero necessitatem in patrocinium vocat, ubi tamen pulcrè addit, necessitatem, ut Jus aliqvod det in rem alienam, summam esse debere, & reqviri præterea, ut in ipso Domino par necessitas non subsit, nec ultra sumatur, qvàm illa exigit. Qvibus adderes volun-

tatem, necessitate olim cessante, resarciendi istud omne, qvod tali ex necessitate ad nos derivatum est.

§. III.

Ex hisce igitur & similibus inferunt, qvod recusans transitum innoxium naturæ leges violet, Jus contemnere Gentium, & qvævis acerbissima sustinendi necessitatem insonti conciliet, hinc læsus taliter eum non injuria bello qveat adoriri, sibiqve ipsi transitum injustè denegatum proprio valere ausu arrogare.

§. IV.

Negantium castra tuentes dicunt (1) qvemvis rerum suarum moderatorem esse & arbitrum, hinc (2) alterum nihil sibi salvo jure in ejus habere possessionibus arrogare, cum mediante dominio omne omnino Jus circa hanc rem in Dominum transierit, nec alteri remansisse qvicqvam. Qvem igitur ad modum nemo Jus habeat insalutato Domino, transgrediendi agrum alienum, pari ratione nemo sit, qvi refragante Domino territorium illius licitè possit transire, cum territorium universitati agrorum sit comparatum.

§. V.

Sed media nos via ituros spero tutissimos; neqve simpliciter affirmativæ neqve etiam negativæ nostrum absolutè adjicientes calculum. Arbitramur vero maximè consonum, qvod si ex justa ac sontica ratione transitum deposcens, sufficienter ceu supra dictum est uberius, caveat Domino territorii, transitum ab omni parte eidem fore innoxium, ille verò transiturum voti sui compotem facere detrectet, cautionem offerens justam hinc arriperet ansam ferro sibi per denegantis territorium viam aperiendi, non eqvidem inde, qvod sibi Jus aliqvod in alterius competat territorium, sed qvod frivola sit & improbanda maximè invidia aut temeritas, si qvis impedimento esse studeat transituro ad exeqvendum illud, ad qvod ipse religione est obligatus, dum forte pressæ ab hostibus patriæ suppetias ferre in animum induxerat. Qvid? qvod qvi habet Jus ad finem,

finem, is etiam Jure sibi vindicat media ad talem finem perducentia. Jam verò sermo noster est de hoc transituro, qvi justum ob finem transitum affectat. Qvo igitur juris prætextu excludendus sit princeps à transitu tali innoxio, hactenus certè non videmus.

§. VI.

Ad rationes pro affirmativa allegatas respondemus, qvòd origo Dominii & Juris habendi pro suo, utendi pariter & abutendi, non facto hominis nudo, qvantum ad omnes in universo spectatos, sed ipso Jure naturali sit introducta, qvamvis divisio rerum inter singulos non æqve, hæc; qvippe neqve à naturali, neq; à divino jure natales suos arcessit. Conditor enim hujus universi Dominium rerum non singulis, Gen. 1. v. 18. concessit pro diviso, sed Protoplastis atqve in eis toti humano generi largitus est. Id qvod nervosè admodum explicat Dominus Pufend. *de J. N. & G. l. 4. c. 4.* ubi accuratè distingvit inter communionem rerum negativam, qvæ excludit proprietatem singulorum, & inter positivam communionem, qvæ complectitur eandem: Et porrò docet qvod negativa statim fuerit ab initio, positiva autem minimè, utut Grot. diversum ab eo sentiat. Veruntamen hæc ipsa communio negativa, qva res singulis haud fuerunt in dominium assignatæ, non tollit mihi dominium & proprietatem universorum, cujus rei exemplum nobis præbere potest hæreditas pro indiviso possessa. Deinde Theologi multi sunt in eo, qvomodo ex septimo Decalogi præcepto dominiorum distinctio roboretur, qvamvis non statim ab initio rerum omnium divisio potuerit expediri. Sacra qvippe nos pagina docet, qvod Abel in grege ovium, Cain verò in colendis agris fortunas suas sint sortiti, qvas uterqve sine ulla dubietate ex Adami liberalitate nacti fuerant. Vid. Magnif. Dn. D. Schilter. in *prælect. privat. ad Bæcler. Polit. c. 5. verb. de Orig. Domin.* Qvæ cum verè ita sint, jugulatam exinde videmus Grotii sententiam, qvam de dominiorum distinctione facto hominis nudo introducta proponit *lib. 2. c. 2. §. 2. de J. B & P.*

 Dein-

Deinde Grotius non ignoravit, qvod à Posse ad Esse nulla sit conseqventia; cur igitur ex eo, qvod dominium recentis terrarum orbis introduci potuerit cum reservatione talis usus, qvi prodest his, illis non nocet, concludere præsumit infallibiliter, qvod ita reverà factum sit. Ad alterum argumuntum à Grotio commendatum, respondetur, qvod necessitas non qvælibet, sed inevitabilis Jus qvandoqve det in rem alienam, præsenti verò in casu necessitas proprio ausu transeundi territorium alterius declinari potest, si transiturus sufficientem præstet cautionem de damno infecto eademqve satis securum reddat dominum regionis, per qvam transire habet necessum.

§. VII. Ad negantium rationes responsum damus regulam esse capiendam de tali rerum suarum moderamine, qvod non vergit in alterius nocumentum seu præjudicium tertii, qvi cæteris paribus & præstitis præstandis potest habere facultatem qvid agendi in re aliena propter finem, ad qvem conseqvendum jure suffultus erat, ceu dictum fuit in præced. Sed brevitatis amatores pagellas nunc hasce obsignamus, & cum juxta Celeberr. Polit. Doctorem B. Lipsium *Pol. 4. c. 9.* qvies nobis tutior, nec de obtinendo laborare debemus, sed de retinendo.

—— paxqve una triumphis
innumeris melior, — — —

et nulla sit salus bello, nunc nostras etiam, proh dolor, circum regiones undiqve versum mugiente, cum Propheta Jerem. c. 47. v. 6. calidis ad sidera votis missis ingeminamus: O mucro Domini, usqve qvo non acqviesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & — —

Sile.

Errata Extantiora.

In Procem. p. 2. lin. pen. leg. habere, *& post ignorat. inser.* quàm *p. 3. lin. pen. post sufficere add.* non *p. 4. lin. 9. leg.* nullo *lin. 17. leg.* deturpetur *lin. 19 leg* prætervectum *pag. 15. lin. 14. leg.* surnosve, *lin 17, leg.* quavis *pag. 19. lin. 2. leg.* Epidemet. *lin. 8. leg.* ne, *lin 11. leg.* ullus *lin. 24. leg.* quavis *lin. 25. leg.* instituatur *lin. 35. leg.* regionem. *Reliqua B. L. ipse corriget.*

PRetiosiores gemmulæ nitent quantum
Fulgentque in auro; grata sic Deo virtus
In Nobili tantum nitet. Parum sane
Illustris est, virtute qui caret, præter
Imaginemque neutiquam studet veram
Heic gloriam sequi. Tibi Genus, Mores
Studiumque sunt, quæ vulgus efferunt supra.
Nam sistis orbi literario claram
Tuam indolem, vereque nobilem præstas
Te. Candidè tandem precor tuum nomen
Ac fama sit tempus per omne mansura.

Quibus
Generoso Dn. de Schellendorff
acclamat FELICITER
PRÆSES.

GENEROSO DOMINO
DE
Schellendorff/
In qvilino ac Compransori suo Honoratissimó,
propediem publicè Disputaturo:

TEmpore, floriferos tellus quô pandit honores; (Tibi,
Hôc Themidos cathedram pandit Apollo
Auguror, & fausta tibi præpete fausta recludo,
Te nunc perpetuo flore manebit honos!

gratulabatur
CASP. POSNER, P.P.

De-

DE pereant ævo quamvis durissima; qvævis
Non transit virtus, ut perit artis opus.
Vulgus, quod transit, quærat: Tibi fama perennis
Quæritur; hoc ipsum, nos tua penna docet.

Hisce amicitiæ infucatæ testimonium Generoso Dn. Resp. Amico suo integerrimo extare voluit

GEORG WILHELMUS de WEDEL,
EQVES POM.

ES kan den Adelglantz die Pallas mehr vermehren/
Wenn Sie mit ihrem Stral auf zarte Hertzen spielt:
Wenn mit der Weißheit Milch sie selbe will ernehren/
Als denn ein süsser West der Edlen Heupter kühlt.
Wenn Pallas die Adlichen Hertzen ergetzet/
So sind Sie in funckelnden Purpur gesetzet.
So flammen auch von dir die hochbeseelten Sinnen/
So strahlt/ **Herr Vetter** / vor dein Tugendschwangrer Geist:
Du steigst in voller Pracht auf Pallas Edle Zinnen/
Wo durch dein Hertze sich auch aller Welt entreißt.
Es glantzet dein Hertze mit Tugend umfangen/
Die Tugend kan in deinem Adelstand prangen.
Jetzt da dein Edler Mund blitzt vor der Themis Trohne/
Merck ich/daß Tugendschmuck um deinen Adel sey/
Hieraus kömt Ströme weis dir Ehr und Ruhm zu lohne:
Der Himmel lege selbst sein kräfftigs **Wohl** dabey!
So glantzet dein Adel mit Tugend gezieret/
So glantzet die Tugend in Adel geführet.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte seinem wehrt geschätzten Herrn Vetter sein treu- und wol- gesinntes Gemühte vorstellen

Christoph von Festenberg/
Packisch genannt.